



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jncipiunt statuta predicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30901**

nostrum prehabita matura deliberatio  
ne adhibuimus p nobis et ecclesia nra  
p dca. idcirco sigillū nrm in signū presti  
ti cōsensus et auctoritatis a nobis et a  
toto cōcilio puiciali pntibus durimus  
apponēdū. Actum et datum die et loco  
de quibus in ipso instrumēto fit mentio  
Anno. M. C. C. vicelimo scdo. Et nos  
Godefridus dei gratia Sniaburgē. ec  
clesie eps quia oibus cōtēntis ic. vt sup  
Eniūsis pntes lras vsuris et au ditu  
ris Adolphus dei gratia Leodiē Eps  
salutez et cognoscere veritatē Nouerit  
tis q quia venerabilis in christo pat et  
dñs herman? eadem gratia eps heneñ.  
vices nras gerens in pōticialibus et  
Lenoldus de northoff canonic? Leod.  
procuratores nri ipi cōcilio puouiciali  
Reuerēdi in christo pns et dñi. dñi hē  
rici dei gratia sanctē Colōn ecclesie ar  
chiepi colonie celebrato de q in instru  
mento publico cui pns nra lra transsu  
gitur fit mentio noie nro et ecclesie no  
stre interfuert ac oibus et singulis cō  
tēntis et expressis in eodē instrumēto  
et pserim progationi statutoz synoda  
lum bone memorie dñi Engilberti Co  
lōn archiepi ad totā puincia Colōn a  
hīsq; in dicto instrumēto cōtēntis tāq;  
utilibus et necessarijs ecclesijs ecclesi  
asticis q; personis et earū reb? p nobis  
et nra ecclesia noie pcuratorio cōsenser  
runt. Idcirco nos ea que p ipos in hoc  
negocio acta sunt ratificātes et approbā  
tes sigillū nrm pntibus durimus appo  
nendū. Dattū āno dñi. M. ccc. vicelimo  
scdo in crastino beati martini epi.

### Incipiūt capitula

statutoz ecclesie Coloniens? editorum a  
bone memorie dño Sifrido archiepisco  
po Coloniensi.

Primo de vita et honestate cle  
ricoz  
Item de cohabitatoribus et cō  
cubinarijs.

Item de statu claustralū et religioz.  
Item qualiter clerici et maxime sacer  
dotes populū regētes vel plebē in ad  
ministracione septem sacramentoz que  
cōtinēt in hoc versu. Baptis. eris. vni  
go. via. penitet ordinis iungo. se habere  
debeant et primo de baptismo.

Item de sacramento confirmationis.  
Item de sacramento extreme vntu  
onis.

Item de sacramento eucharistie sine al  
taris cum missa celebratur.

Item de sacramento cōfessionis et pe  
nitentie.

Item de ordinibus. et qui ad ordines  
admitti debeant.

Item de matrimonio.

Item de sepulturis et cimiterijs.

Item de bonis ecclesiarū nō alienandis.

Item de malefactoribus ad ecclesiam cō  
fugientibus.

Item de vsurarijs manifestis.

Item de clericis in ecclesijs vel capell  
lis celebrantibus sine nra vel archidia  
conorum licentia.

Item de executione mādatoz nro  
et curie nostre Colōn.

Item de testamentis

Item de obseruatiōe interdicti quali  
ter sit obseruandum.

### Incipiunt statuta predicta.

Item de clericis q̄liter eos cum  
modestia sobrietate vite mūdi  
tia in domo dñi opz cōseruari.  
vt sibi et alijs verbo proficiant et exē  
plo p sacros canones et sanctorum pat  
rum et predecessoz nostrorum tra  
ditiones sufficienter sit prouisum. tamē  
quia nōnullos ex ipis clericis. presertim  
illos qui p ecclesias positi sunt ad regi  
mē aiarū in obseruacione dicte puuic  
desides inueniri et iparū statum multū  
pliciter deformari.

De Sifridus dei gratia sancte  
 Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii  
 perij p Italia archicamerarius.  
 huius desiderii imo negligentie quantum possi-  
 sumus occurrere cupientes et quod di-  
 gnus est in eorum conuersationibus vi-  
 ta et moribus reprehendi per innotatio-  
 nem que circa hec statuta sunt ab anti-  
 quo et appositione que qualitas tempo-  
 ris addere nos compellit nos clericos  
 in omnibus deo placitis salubriter refo-  
 mare cum firma spe et fiducia ut si integre  
 fuerit sacerdotium ecclesie dei florebit si-  
 curitatem et in spiritualibus et temporalibus be-  
 neficiatione a domino recipiet salutare. Sa-  
 cram et generale synodum propter pericu-  
 losam statum ecclesie Coloniensis et predecesso-  
 rum nostrorum occupationes aliquantis tem-  
 poribus premissam ad quam convocatis  
 et convenientibus omnibus prelatibus monaste-  
 riorum et ecclesiarum ac clericis nostris sub-  
 ditis statuimus et ordinamus ut syno-  
 dus generalis ex nunc in antea in eccle-  
 sia Coloniensis in crastino die. Innocentis  
 ab omnibus prelatibus et clero annis singulis  
 in perpetuum celebretur ut omnes clerici tam  
 religiosorum quam secularium ecclesiarum. et cler-  
 ici seculares nostre civitatis et diocesis ad  
 ipsam synodum sanctam accedant reuerenter  
 Et in veniendo stando morando et re-  
 deundo in via et hospitibus se edecent  
 habeant ne laicis ex eorum verbis vel fa-  
 ctis scandalum generent. Et intrent syno-  
 dum Abbas cum albis stolis et cappis cho-  
 ralis desuper de serico vel samito. Alii  
 vero prelati seculares cum pellicis et sup-  
 pellicis et cappis de serico vel samito  
 Item priores religiosorum cum albis et sto-  
 lis Decani christianitatum et archipresby-  
 teri cum albis et stolis. Et clerici in sup-  
 pellicis Nec alius clericus vel religio-  
 sus ibi compareat sine habitu religionis  
 vel choralis. Omnes qui sic induti in ipsa  
 synodo quousque per nos licentiam prae-  
 neant audiri cum mansuetudine et silentio  
 que ibi precepta fuerint vel statuta

Si qui vero infirmitate vel alia in-  
 evitabili necessitate ad synodum venire  
 non poterunt mittant cum suis literis et prius  
 sigillis que precipimus ut singuli habeant  
 procuratorem qui pro se habeat potestatem de hu-  
 iusmodi impedimento faciendi si opus  
 fuerit iuramento. Et in ipsis literis se obli-  
 gent quod statuta huiusmodi observabunt. Item  
 capitula et quilibet collegia per unum vel  
 per duos procuratores de ipsorum collegio  
 comparebunt ad observationem statutorum  
 in procuratoribus se obligantes similiter. Et  
 omnes iuramentum comparebunt in synodo. Quod  
 sub pena excommunicationis late sententiae pre-  
 cipimus. Nulli modicissimam summi consolida-  
 tionem infirmitas urgeat corporalis  
 Item ne ignorantia statutorum vel pre-  
 ceptorum synodi aliquem valeat excusare  
 Statuimus et precipimus sub pena excom-  
 municationis quam in omnes et singulos con-  
 tra venientes in his scriptis ferimus  
 quod quilibet sacerdos ecclesiam vel capellam  
 officians vel plebem regens procu-  
 ret et efficiat cum effectu quod infra unum  
 mensem ab hac die numerandum statutorum  
 et preceptorum synodaliu copias habeat  
 de verbo ad verbum ut ea frequentiter  
 legens et voluens sciat inexcusabiliter ex-  
 scire possit ad quod teneatur. et qualiter  
 in omnibus debeat se habere. Et in pro-  
 ximis deinde singulis synodis genera-  
 libus in manu sua secum deferat et pu-  
 blice representet. sciens quod cum excom-  
 municatione sequetur pena alia huiusmodi  
 mandati transgressorem.

## De vita et honestate clericorum

Et concilio generali statuimus  
 et precipimus quod universi cleri-  
 ci continenter et caste vivant ab  
 omni libidinis vicio precauentes qua-  
 tenus in conspectu omnipotentis dei  
 puro corde et mundo corpore valeant  
 ministrare et qui comprehensi fuerint  
 Lij.